De Aristophane Byzantio

argumentorum fabularum auctore.




Commentatio philologa

nobilissimo philosophorum in academia Ienensi ordini

ad summos in philosophia honores consequendos

tradita a

Thoma Ottone Hermanno Achelis
olim Bremano.



Tubingae
typis expressit H. Laupp iunior
anno p. Chr. n. MCMXIII.


Hic fasciculus prolegomena tantum eius commentationis, quam philosophorum nobilissimo in academia Ienensi ordini tradidi, complectitur. Tota commentatio mox in Philologo publici iuris fiet.

Jenae a. d. IV. Id. Jan. MCMXIII.

Achelis.

Genehmigt von der philosophischen Fakultät der Universität Jena auf Antrag des Herrn Prof. Dr. Hirzel.

Jena, den 2. November 1912. Professor Dr. Wien d. Z. Dekan.



IN MEMORIAM

THOMAE · ACHELIS · PATRIS · OPTIMI ·

OBIIT CAPREIS A. D. XV. KAL. IUL. MCMIX

IOANNIS · DE · MICHALKOWSKY · ICTI ·

AMICI · CARISSIMI

OBIIT LIPSIAE PRIDIE ID. NOV. MCMIX.

De Aristophanis Byzantii argumentis fabularum. I.

§ 1. Aristophanem Byzantium poetarum scenicorum fabulis, quas edidit, ὑποθέσεις praemisisse viri doctissimi, qui studiis communium litterarum, quae olim rectius quam hodie nominabantur, incumbunt, contendere solent. Nec falsos esse apparebit: extant re vera in librorum manuscriptorum prolegomenis ὑποθέσεις Byzantio grammatico vindicandae, quarum contextum et indolem, quantum possim, restituere mihi proposui, rem sane lubricam, cum adiutamenta quidem huius negotii gerendi supersint haud pauca, sed magna ex parte temporum decursu deformata, omnia sane ita tradita, ut ex mera inscriptione summo illi philologo adscribere — quamvis omnes tanta incuria rem agere videamus — nullum argumentum audeamus, ut demum lucubrare liceat ad lucernam Aristophanis (Varro ling. Lat. V 9)[1], qui potius veritatem quam consuetudinem sequendam esse pronuntiavit (Varro ling. Lat. IX 12).

§ 2. Primum quidem, utrum omnino Aristophanes ὑποθέσεις scripserit necne, inquirendum est. Augustus enim Nauckius, cum studiorum heroa sibi Aristophanem elegisset et eius fragmenta summa, qua iam adulescens pollebat, industria cognitioneque antiquarum litterarum illustrata commentario bonae frugis pleno ederet[2]), dubitavit, utrum celeberrimus ille

---

[1]) Aristophanes Byzantius ed. Nauck (1848) p. 268; Cleanthes fr. 485 de Arnim; F. A. Wolfius proleg. p. CCVI adn. 85; Christ-Schmid II 1^5 p. 199 a. 5. — Cf. praeterea adnotationem recentissimae editionis librorum difficillimorum, quam curaverunt Georgius Goetz, qui mihi exstitit praeceptor benevolentissimus, et Fridericus Schoell (1910) p. 246. De lucernae verbo translato sensu adhibito cf. Ottonem, Sprichwörter der Römer p. 327.

[2]) Halis 1848. Dignae sunt quae inspiciantur, censurae huius libri, quas scripserunt Otto Schneider in Jenaische Literaturzeitung 1848

philologus ὑποθέσεις scripserit, an, quae in libris manuscriptis tradita sunt argumenta, ex Aristophanis πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας hausta et fabulis a posteriore quodam grammatico praefixa fuerint[3]), nec defuerunt, qui Nauckii cautam dubitationem confirmarent, quod testentur — plura enim afferre nec necessarium nec utile esse putabam[4]) — verba Ottonis Schneideri[5]):

„Aus diesen Bemerkungen — nimirum Aristophanis in libris πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας inscriptis — sind die prosaischen und metrischen ὑποθέσεις zu einigen Stücken der Dramatiker gemacht, welche unter dem Namen des Aristophanes cursiren; daß sie nicht von Aristophanes selbst herrühren, räumen wir dem Verf. (p. 256) gerne ein.“

Haec ille, atque re vera, si inscriptiones nonnullas argumentorum, quas a posteriorum temporum quodam grammatico[6]) esse conicias — nec plane falsa esset coniectura — additas, excipias, nullum utriusque linguae testimonium innotuit, quod

p. 971—981 et in Philologi vol. III (1848) p. 752—753, F. W. Schneidewin in Göttingische Gelehrte Anzeigen 1848 p. 796—813, L. Kayser in Münchener Gelehrte Anzeigen 1850 vol. I p. 297—320, Heffter, N. Ib. LV, p. 206—207, Braune ibd. p. 353—386, Brandes, N. Ib. LXII, p. 293—299. — F. G. Schneidewin, vir praeclarus atque de poetis cum Latinis tum Graecis non mediocriter meritus, de hypothesibus tragoediarum Graecarum Aristophani Byzantio vindicandis in consessu societatis regiae scientiarum Gottingensis d. IV. Decembr. 1852 recitavit, recitatam dissertationem imprimi curavit in eius societatis classis hist. philol. vol. VI (1856) p. 3—38, quam Nauckii docto libro pro supplemento esse — hac enim erat modestia — voluit (p. 26). Cum inde ab hac commentatione de Aristophanis hypothesibus recti nihil, falsa non pauca a viris doctis sint disputata, magnopere dolendum est, quod eum de argumentis comoediarum Aristophanis, quae ex parte a Byzantio grammatico profecta esse censebat, dicere, quod in aliud tempus distulerat (p. 36), mors praematura impedivit. Nec multum videtur profecisse, nam ex schedis, quas tractandas heres accepit A. Fleckeisen (cf. de Leutschium in Philologi vol. X p. 764), nihil innotuit.

Quae nostra memoria viri docti de Aristophane argumentorum fabularum auctore nova protulerunt, indicant compendia manualia, quae pendent ex Francisci Susemihlii libro docto, Iuppiter, et laborioso, qui Geschichte der griechischen Literatur in der Alexandrinerzeit inscribitur (cf. praecipue I p. 443 adn. 53, p. 444 adn. 55).

[3]) Aristoph. Byz. p. 256.

[4]) Adnotatione addere tamen lubet nomen Ludovici Kayseri M.G.A. 1850, vol. I p. 319.

[5]) I. L. Z. 1848 p. 980.

[6]) Vixerit ante Lactantium Placidum, Statii scholiastam, i. e. ante saeculum sextum. Cf. infra adn. 70.

Aristophanem docet inter argumentorum scriptores primarium locum tenere, quod inter omnes constare, qui ante annos quadraginta quinque postremus de tragicorum argumentis egit [7]), contendit — recte sane, si his verbis communem opinionem significare vellet.

§ 3. Nauckii et pedisequorum eius dubitationem me non probare iam verba, quibus hanc commentationem inscripsi, docent. Continent argumenta doctrinam optimam, quam ex Alexandrinorum fontibus fluxisse nemo doctus negabit. Inter grammaticos Alexandrinos unus Aristophanes [8]) ὑποθέσεις composuit, nam Callimachum, quod saeculi decimi sexti et septimi grandes philologi [9]) ex Etymologico Magno, quod dicunt, s. v. πίναξ concluserunt, iam hoc fecisse postea refutabo [10]), Eratosthenem, qui nuper hoc honore argumentis nimis levibus dignatus est [11]), praetereo. Itaque omnem fidem inscriptionibus argumentorum negare nequimus, sed ex Aristophanis libris illam doctrinam esse haustam, statuendum est, quamvis libenter interim concedam, fortasse ne unum quidem argumentum, quod manibus tenemus, ab celeberrimo illo philologo esse conscriptum.

Argumenta, quae continent bonam doctrinam, omnia fere ita instituta sunt, quod iam animadvertit qui obiter ea inspicit,

---

[7]) Ad. Trendelenburg, Grammaticorum Graecorum de arte tragica iudiciorum reliquiae, Bonnae 1867, p. 3.

[8]) Cf. § 6. — Ut inter Alexandrinos unus Aristophanes ὑποθέσεις, ita inter Pergamenos Antigonus Carystius scripsit περὶ διδασκαλιῶν: Athen VI 235 E; cf. infra adn. 267.

[9]) Cf. e. g. Meursium ad Hesych. de viris claris (Lugd. Bat. 1614) p. 114 = Meursii opp. VII 208.

[10]) § 4.

[11]) J. N. Groebl, Die ältesten Hypotheseis zu Aristophanes; Programm der Kgl. Studienanstalten zu Dillingen für 1889/90 hoc ex prima ad Aristophanis Ranas hypothesi, in qua legimus: τὸ δὲ δρᾶμα τῶν εὖ πάνυ καὶ φιλολόγως πεποιημένων, evincere vult hoc modo (p. 89): „Nun wissen wir aber auch, daß Eratosthenes der erste war, der sich den Namen Φιλόλογος beilegte (Suet. de gramm. ill. 10). Darum glaube ich auch, daß dieses ästhetische Urteil direkt von diesem Gelehrten selbst stammt.“

Talia nihili esse sponte apparet. Accedit, quod haec de Eratosthene notitia mihi quidem non maioris momenti videtur, quam similis de Andromacho apud Suidam s. v. Μυρὼ Βυζαντία; cf. etiam Bernhardyi Eratosthenica p. X, XIV.

Sunt quoque qui in Ranarum argumento pro φιλολόγως cum Parisino et Ambrosiano φιλοπόνως scribere malint, parum feliciter ni fallor, cf. infra § 61.

ut ab uno viro illam communem formam ex ratione quadam excogitatam esse contendamus. Dicat quispiam grammaticum Aristophanis pedisequum in hanc formam redegisse, quae in Ἀριστοφάνους πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας[12]) legerit. Sed res esset sane mira, quod Aristophanis non Callimachi nomen argumentis praefixum est, cum plura ex Callimacho, quae deerant apud Aristophanem, haurire debuit, et, quae non continebat Callimachi catalogus, omnia fere facili opera ex fabula ipsa haurire potuit.

§ 4. Res esset sane mira, neque tamen inaudita. Nunc iam accedat testimonium, quod antea[13]), cum Aristophanem grammaticum inter argumentorum scriptores primarium tenere locum traditum esse negarem, de industria reticui, quia rationibus potius quam scripti libri auctoritate stat, si modo stat.

In Etymologico genuino s. v. πίναξ[14]) legimus haec verba (apponemus enim ita, ut in libris manuscriptis traduntur, quo facilius, qua parte mutila esse verba videantur, appareat):

> Ὁ οὖν Καλλίμαχος ἐποίει πίνακας, ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων, οἷς ἐντυχὼν ὁ γραμματικὸς ἐποίησε[15]) τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων.

Haec ita edita sunt a Friderico Sylburgio[16]), tamen ὁ γραμματικὸς Callimachus nequit esse[17]) propter verba antecedentia οἷς ἐντυχών, quae ad Callimachi pinaces referenda sunt, est vero ὁ γραμματικὸς vir doctus quidam, qui illo catalogo

---

[12]) Quomodo Aristophanis libri cohaereant cum Callimachi catalogo nescio, supplementa ad catalogum amplificandum et corrigendum apta fuisse titulus indicat. Cf. infra § 4. Non diversa, si quid sentio, itaque ratio fuit ab ea, qua ad Ioecheri grande opus supplementa copiosa addidit Rotermundus, conterraneus meus.

[13]) § 2.

[14]) Etym. Magnum, quod audit, p. 672 l. 29—32; Milleri mélanges (1868) p. 245 nihil addunt. — Callimachi fragmentum collectionis Ricardi Bentley vol. I (1761) p. 468 Ernestii, fr. 100 d 15 Schneider; cf. eiusdem Callimacheorum vol. II (1873) p. 297—322; sed rectius de Callimacho plerumque iudicaverat Wachsmuthius in Philologi vol. XVI p. 653 sqq., quem impugnat Schneiderus; cf. etiam de Wilamowitzium in D. L. Z. 1881 p. 479—480.

[15]) Ita scribo cum Marciano pro ἐποιήσατο, quod probaverat Thomas Gaisfordius.

[16]) Editionis Lipsiensis anni MDCCCXVI p. 609.

[17]) Nimirum quod statuit Alfonsus Heckerus, comment. Callimach. p. 29; cf. etiam Wachsmuthium in Philologi vol. XVI p. 659.

usus est ad fabularum argumenta componenda. Aristophanem Byzantium Callimachi catalogo usum esse duobus testimoniis comprobatur, quorum unum commentarius, quem addidit praeceptoris operi[18]), est: Athenaeus 408 F et 336 E[19]), alterum detexi in III. Hyp. Hes. Scut.[20]), quae si quidem non ita, ut hodie legimus, ab Aristophane conscripta est, nimirum quod putaverat Schneidewinus[21]), tamen certe ex argumento, quod editioni[22]) praemiserat grammaticus, fortasse aliquantum mutatum desumptum est[23]). In hoc igitur argumento legimus haec verba statim ab initio: Τῆς ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται[24]) μέχρι ν̄ καὶ ϛ̄[25]). Est vero ille catalogus Callimachi opus, nam Callimachus priores grammaticos secutus[26]) in catalogo librorum prima verba afferebat[27]): Athen. 244 A: τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλίμαχος

---

18) Cf. adn. 12.

19) Cf. quae de hoc loco infra disputavimus § 45 cum adnotatione 254.

20) Ed. Goettling² p. 108. — Cf. adn. 23.

21) p. 27—28.

22) Aristophanem Hesiodi carmina edidisse docent Σ. erg. 68 et theog. 126; cf. Goettlingi praef.² p. LXVII.

23) Aristophanem editionibus argumenta praemisisse infra exposui. Idem praeter Hesiodum cadit in Pindarum (vit. Thom. p. 7 Drachm.; Hyp. I. Ol. [vide adn. 316] Σ. Ol. II 48) et Lycophronem (vide infra adn. 93), quem omnino omisit Nauckius, cadebat olim in Alcaeum et Anacreontem (vide testimonia apud Nauckium p. 61). — Argumenta in Hesiodum et Pindarum scripsit Aristophanes. Num in iis argumentis, quae in codicibus leguntur, Aristophaneae originis vestigia exstent, examinatum nondum est.

24) Cf. de hoc verbo infra adn. 249.

25) Codd. ν' καὶ σ', corr. Heinrich (ed. 1802).

26) Cf. exempla, quae collegit Guilelmus Langbeinus in commentatione academica Ienensi 1911, qua Platonis rationem poetas laudandi inquisivit, p. 52/53. De Platonis Prot. 339 B, 343 D cf. de Wilamowitzium, Nachr. Goett. Ges. phil. hist. Kl. 1898 p. 205 adn. 1. Addo ex aliis scriptoribus haec exempla Pindari vit. p. 2 Drachm., Σ. Pind. Ol. IX 1, Hyp. Pind. Ol. I, Σ. Pind. P. VI 19, Σ. Ar. av. 281, Σ. pac. 835, nub. 967, ran. 1182, Σ. Eur. Med. 693, Harpocr. s. v. Ἴων (cf. Usenerum, Nachr. Goett. Ges. 1892 p. 192). Ath. XIII 559 F, VI 244 A, XIII 585 B, XI 479 D, III 85 F, III. Hyp. Hes. scut., Hyp. Aesch. Pers., Hyp. Eur. Rhes., Aristot. rhet. 1409 a 28, Hor. epi. I 2, 19—22, a. p. 141/142, Persius I 96, Praxiphanes in prooem. schol. Hes. p. 3 sq. Gaisford, Plut. Themist. c. 21 (cf. de Wilamowitz-Moellendorff, Aristoteles und Athen I p 138 adn. 27; quae Blassius ad hunc locum adnotavit, falsa sunt, quod particulam οὖν neglexit), Diog. Laert. I § 119, IX § 112. Paus. I 43, 7 (detexit Knaack, Anal. Alex. Rom. p. 26 adn. 36).

27) Schubart, Das Buch bei den Griechen und Römern (1907) p. 40, p. 89.

ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν πίνακι[28]) γράφων οὕτως[29])· „δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν· Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι“ [30]). εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· ,ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας' . . . [31]) στίχων τοε [32]). Itaque Aristophanem Callimachi catalogum in suum usum convertisse, quod iam per se consentaneum erat, hoc quoque testimonio, ni fallor, confirmatur; eundem ὑποθέσεις composuisse quamvis peculiari testimonio non constet, concludere debemus ex argumentis, quae fabulis poetarum scenicorum sub Aristophanis praescriptione solent praeferri aut adiungi. Itaque ingeniose mihi videtur Godofredus Bernhardyus [33]) coniecisse in Etymologici loco, a quo profecta est haec disputatio, pone ἐντυχὼν excidisse nomen proprium Ἀριστοφάνης.

Quod idem vir doctus pro παρὰ τῶν ἀρχαίων scribendum proposuit ποιητῶν ἀρχαίων, dubitatio oritur, num necessarium fuerit; possunt enim verba tradita Choerobosci [34]) aut alterius cuiusdam Byzantini [35]) ita intelligi Callimachum in pinacibus, quae antiquiores composuerant [36]), reddidisse; sed certe facilius παρὰ τῶν in ποιητῶν, quam in δραμάτων vel ποιημάτων [37]) mutatur.

---

[28]) πινάκων Venetus, corr. Casaubonus; plura mutare cum Bentleio, Meinekio, Dindorfio necessarium non est.

[29]) fr. 100 d 8 Schneid.

[30]) Κυρηβίων Venetus, corr. Bentl.

[31]) Nescio an μέχρι in III. Hyp. Hes. scut. delendum sit.

[32]) τὸ ἑ Venetus, corr. Casaubonus.

[33]) Hist. litt. Gr. I p. 185; uberius de hoc loco idem in Meieri opusc. acad. I (1861) p. 92 adn. 97 egit.

[34]) Quae de nomine Choerobosci disputavit Krumbacherus² p. 583 nobis non probantur. Conicio nomen esse ignominiosum a monachis contumeliae causa inventum, quod χοίρους, i. e. poetas et scriptores paganos lectitarit.

Antecessit eodem opprobrio Remmius Palaemon grammaticorum princeps Tiberio Claudio Nerone imperatore, qui „M. Varronem porcum appellabat“ (Sueton de gramm. 23 = p. 117 Reiff.) nimirum ea de causa, quod scriptores vetustissimos legisset, non Vergilium. — Quantum χοιροβόσκοι contempti sint, docet Martial. X 11, 4.

[35]) In Etymologico enim praecedunt haec: ὁ δὲ Χοιρόβοσκος εἰς τὸ ἀνεκφώνητον λέγει (cf. Lentzii Herodianum I p. CV, II p. 41); sed verba, de quibus in contextu agimus, Choerobosco vindicare certis rationibus non licere moneo contra Schneiderum Callimachea II p. 305.

[36]) Aristotelis διδασκαλίας Callimachum adhibuisse persuasum habeo. [Cf. Leo, Plaut. Forsch.² p. 35.] Certissimum testimonium praebet Σ. Aristoph. nub. 552 (= fr. 621 Rose).

[37]) Ita coniecerat Alphonsus Heckerus, commentat. Callimach. (Groningae 1842) p. 29, probavit Wachsmuthius Philol. XVI p. 658; ποιητῶν ἀρχαίων proposuit Bernhardy.

§ 5. Haec vero in transcursu, neque enim rimari apices, sed sententias declarare volumus. Videmus autem ad verba intelligenda viam nobis Bernhardyi coniecturam patefecisse [38]), quam magis ingeniosam quam veram putaverunt viri docti [39]), quod verba οἷς ἐντυχὼν in Aristophanem grammaticum non quadrarent, quia operis notissimi non esset, quare fortuito notitiam nactus esset [40]). Quae dubitatio inepta et prava — quamvis talia hodie quoque propagari quasi vera esse possent accepimus — est, quod verbi ἐντυγχάνω usum et significationem parum perspexerunt viri docti, ex quo verbo recte intellecto, ni fallit opinio, verba tradita ad suam sententiam revocarentur.

In Demosthenis laudatione, quae inter Luciani libros nobis tradita est, legimus haec verba [41]):

Ὡς οὖν ἀνέγνω τὰ λοιπὰ τοῦ γραμματείου, διατρίψαντες ὀλίγον ὅσον ἀποδοῦναι τῷ ποιήματι τοὺς δικαίους ἐπαίνους ᾔειμεν εἰς τοῦ [42]) Θερσαγόρου. καὶ μόλις μέν, ἐπιτυγχάνει δὲ τῷ βιβλίῳ. κἀγὼ λαβὼν τότε μὲν ἀπηλλαττόμην, ἐντυχὼν δ' οὕτω τὴν γνώμην διετέθην, ὡς οὐδέν τι περιτρέψας, ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν [43]) τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ὑμῖν ἀναλέξομαι.

Optime ex his verbis vocis ἐντυγχάνω notio cognoscitur. Nam venit ille rhetor in domum Thersagorae, librum, quem ille — ut fieri solet — non statim reperire poterat, accipit (λαβών), domum revertitur (ἀπηλλαττόμην): ἐντυχὼν δ' οὕτω τὴν γνώμην διετέθην nullo pacto significare potest, forte quadam libro nactum esse, sed librum eum legisse, lecto libro in hanc sententiam adductum esse, ut aliis verbotenus litteras recitaret.

Alterum exemplum ex ipsius Luciani adhortatione, quae πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν inscribitur, afferam, in qua auctor quaerit [44]): ὅσοι δὲ οἴονται καλῶς διαιρεῖν ἐς δύο τὴν ἱστορίαν,

---

38) Cf. adnot. 58.

39) Nauck p. 254 adn. 11; Hecker p. 28—29; Schneider II p. 305 sq. Quod paulo post p. 315 dicit locum obscurissimum multis se explicavisse, videmus, nemini putamus: παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον. Heckeri coniecturam recepit Fr. Nietzsche in mus. Rhen. XXIV (1869) p. 189 (= Werke XVII [1910] p. 105).

40) Hecker p. 29.

41) § 27; cf. etiam Br. Keilium in Hermae vol. XLII p. 561.

42) Ita cum ceteris codicibus scribendum est pro τοῦ codicis Gorlicensis, quem Iacobitzius prava admiratione hic et alibi secutus est.

43) Recte τῶν Iacobitzius addidit.

44) § 9.

ἐς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, καὶ διὰ τοῦτο εἰσποιοῦσι καὶ τὸ ἐγκώμιον ἐς αὐτὴν ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὁρᾷς ὅσον τὸ πλῆθος ἡμαρτήκασι; lectores esse intelligendos sponte apparet. Idem verbi ἐντυγχάνω cum apud Lucianum [45]) tum apud alios imperatorum temporis scriptores [46]) usus non raro [47]) invenitur. Exstat vero iam — quod nimis neglectum est, addam in transcursu — in Platonis convivio, ubi Eryximachus narrat Phaedrum vehementer conquestum esse de nimia neglegentia, qua poetae et scriptores Amoris laudem praedicare obliti sint, cuius rei summum testimonium affert legisse se librum quoque quendam viri sapientis, qui laudem salis cecinerit [48]): ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ [49]), ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἅλες ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν [50]). Eodem modo Lys. 214 AB interpretanda est.

---

[45]) Ver. hist. I 4 sub fine τοὺς ἐντυγχάνοντας; idem Alex. 21 sub fine; idem Philops. 2; Lucius 2 τοῖς γράμμασιν ἐνέτυχεν.

[46]) Iustin. apolog. prim. c. 45 (p. 38 l. 13 ed. Krueger [3]) ἐντεύξεσθε τοῖσδε τοῖς λόγοις. Ath. IV 164 B. λαβόντα ἐντυχεῖν. La. Di. IX 113 Ioseph. c. Apion. II 37 (vol. VI 247 Naber). Dioscurid. de materia medica praef. § 5 (p. 3 Wellmann). La. Di. V 69. Hdn. IV 12, 7 ἐντυχεῖν τοῖς γράμμασι Polyb. I 3, 10. Plut. vit. Lycurg. IV τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐντυχὼν πρῶτον. Philo de praem. et poen. II 412. Plut. vit. Marc. V ἱερατικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντυχών. Plut. adv. Col. p. 1115 A τοῖς ἐκείνων συντάγμασιν ἐντύχῃς. Hdn. I 1 τῇ τῶν ἐντευξομένων μνήμῃ. Cf. etiam ἔντευξις Polyb. I 1. 3 IX 1, 3, et Goodspeed, Index apologeticus (1912) p. 104—105.

[47]) Qui vere Attice scribere student, non ita vocem ἐντυγχάνω adhibent, Aristidem dico, Aelianum, Philostratum.

[48]) p. 177 B.

[49]) Verba ἀνδρὸς σοφοῦ, quae exstant in uno codice Coisliniano 155 saeculi XIV, C. F. Hermannus delevit, quem nostrae memoriae editores sequi solent, secutus quoque est nuper Hermannus Schoenius, qui Arnoldi Hugii editionem commentario vernacula lingua conscripto illustratam anno 1909 tertium edidit. Propter hunc virum egregium verba ἀνδρὸς σοφοῦ integra esse moneo; Hermannus ea deleverat, quod ironia iis expressa Socrati, non Phaedro conveniret; sed idem Phaedrus eadem paragrapho τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς et ὁ βέλτιστος Πρόδικος dicit, quae enuntiata non sine ironia quadam levi proferuntur, cf. e. g. Rettig p. 97. Sed hoc latere Schoenio non puto, sed, si quid sentio, erravit, quod de Coisliniano, sicut omnes fere viri docti, non recte iudicavit. Idem papyro Oxoniensi 843 modo maiorem modo minorem auctoritatem tribuit, quam debuit. Cf. infra adn. 57.

[50]) Optime sententiam auctoris ita expressit Schleiermacherus in conversionis parte altera voluminis secundi (1807) p. 379, secus Zellerus (ind. lect. Marpurg. hibern. 1856/57) p. 7—8, Susemihlius partis primae fasciculo tertio (1876[2]) p. 295, Kassnerus (1903) p. 9, ut taceam de ceteris.

Inprimis autem apud posteriores scriptores verbum ἐντυγχάνειν ita usurpatur. Illud genus dicendi cum in scriptoribus paganis invenimus, tum perfamiliare est libris Christianorum, quorum exempla afferam duo saeculi secundi, unum petitum ex Tatiani ad Graecos oratione cap. XXIX[51]): περινοοῦντι δέ μοι τὰ σπουδαῖα συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς[52]) alterum ex Aristidis philosophi apologia[53]) quae dicitur, in qua imperator Hadrianus vel potius Antoninus Pius[54]) admonetur Christi gloriam ex evangelio se percipere posse legendo[55]): οὗ τὸ κλέος τῆς παρουσίας ἐκ τῆς καλουμένης εὐαγγελικῆς ἁγίας γραφῆς ἔξεστί σοι γνῶναι, βασιλεῦ, ἐὰν ἐντύχῃς.

§ 6. Ad Etymologici locum, a quo profecta est oratio, revertimur, quoniam de verbo ἐντυγχάνειν[56]) amplius disserere non huius loci est, patefactum esse putamus exemplis, quae attulimus, hoc quoque, non oleum perditurum eum, qui ex paucis a nobis disputatis ansam petet rem ad amussim tractandi[57]). Tradit itaque sive Choeroboscus sive alter quidam grammaticus Aristophanem Byzantium[58]) Callimachi tabulis lectis adductum esse, ut τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων componeret.

---

[51]) p. 38 l. 5 Schwartz.

[52]) Parum recte convertit Ad. Harnackius, Festschrift ... der Landesuniversität Gießen 1884 p. 37. Sunt vero illae γραφαὶ βαρβαρικαὶ vetus testamentum. — Excidit verbum ἐντυγχάνω in indice Graeco, quem addidit editioni Eduardus Schwartzius (Leipzig 1888).

[53]) Servata est in fabula Romana Barlaam et Joasaph, quam ex Boissonadii editione principi in anecdotarum Graecarum vol. IV p. 239—245 denuo impressit Migneus in patrologiae Graecae vol. XCVI. Ex versionibus Syriacis et Armeniacis totam apologiam restituit Edgarus Hennecke in de Gebhardti et Harnacki Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur vol. IV fasciculo 3 (1893).

[54]) Iuelicherus in Pauly-Wissowae encyclopaediae vol. II col. 896.

[55]) Boisson. Anec. Gr. IV p. 252 = Hennecke p 10.

[56]) Cf. Gataker ad Antonin. I 7, Heindorf ad Plat. Lys. p. 29, Victor. ad Aristot. Rhet. I 1, Wyttenb. ad Plut. p. 123, Baehr. ad Plut. vit. Flam. p. 83, Ad. Deißmann, Bibelstudien (1895) p. 117 sq. (Bitte, Bittgebet), Ep. gr. p. 28, p. 80 Witkowski.

[57]) Proficiscendum est ab verbo τυγχάνειν, quod saepissime non recte intelligitur. Plato quoque in Symposio de turba hominum, quam multa nocte ad Agathonis portam fingit venientem (p. 223 B) verbis ἐπιτυχόντας ἀνεῳγμέναις ἐξιόντος τινὸς εἴσω — ita enim cum nova papyro Oxoniensi 843 col. XXXI lin. 1180 [= P. O. V p. 280 cum tabula VI] esse scribendum Wilamowitzius me monuit — ἄντικρυς πορεύεσθαι non id pressit forte quadam patere portam, sed omnino invenire eam apertam illos vinolentos.

[58]) Godofredi Bernhardyi coniecturam probaverunt Welckerus gr. Trag. I, p. 78, Richterus de interpretibus (1839) p. 67 adn. 168, Din-

Re vera Aristophanem hoc fecisse illa memoria non demonstratur, quamquam sane articulus τὰς mihi videtur probare grammaticum easdem ὑποθέσεις spectare, quas nos quoque in codicibus legimus [59]). Tamen cur illi testiminio fidem derogemus, nulla causa est, sed ex iis, quae adhuc disputavimus, divinare audemus Aristophanem Byzantium argumenta forma sibi constanti, cuius mentionem supra iam paucis fecimus [60]), composuisse.

§ 7. In Etymologico legimus τῶν δραμάτων argumenta Byzantium conscripsisse. Itaque, si accuratis verbis ille grammaticus usus est [61]), non solum tragoediarum, quod omnes repetere solent viri docti [62]), sed etiam comoediarum argumenta Aristophanis exstiterunt. Firmatur optime haec interpretatio eo, quod Byzantius grammaticus editionem Aristophanis comoediarum paravit [63]), quae nullo pacto argumentis carere poterat. Utrum etiam Menandrum, quem summis laudibus effert in epigrammate clarissimo, quod Syrianus servavit [64]), ediderit, nescimus [65]).

---

dorfius ad Eur. Rhes. (1850) p. 560, Schneidewinus de hypothesibus tragoediarum p. 32—33, Groebelius, Die ältesten Hypotheseis, progr. Dillingen 1889/90, p. 18 adn. 2, M. H. E. Meier, opusc. acad. I (1861) p. 92 adn. 97. — Uberius fui, quia nemo hanc coniecturam rationibus defendit, quam totius disputationis fundamentum esse volui.

[59]) Articulus τὰς eandem vim habet, quam pronomen „illas" in Gellii clarissima de fabulis Plautinis memoria III 3, 2.

[60]) § 3.

[61]) De verbo δρᾶμα cf. Richards Class. Rev. XIV (1900) p. 388 sqq. Iohannes ad Hermog. (ed. Rabe, Rh. Mus. LXIII (1908) τῆς δὲ τραγῳδίας πρῶτον δρᾶμα.

[62]) Concludunt id ex argumentorum inscriptionibus, cf. e. g. Trendelenburg p. 4, sed hae non tam certae sunt, quia pars eorum nomen grammatici mentitur, omnes fere paucorum codicum fide nituntur; firmius fundamentum praebet formula solemnis: παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία.

[63]) Nauckius, Aristoph. Byz. p. 63 sqq. testimonia collegit; iis locis, quos enumerat Cohnius in Pauly-Wissowae vol. II p. 999, adde Σ. nub. 958, de quo vide infra adn. 297 a.

[64]) Nauck, Aristoph. Byz. p. 249: Syrian. in Hermog. II 23 Rabe; epigr. 1085 Kaibel. — Vitruv. VII praef. ad librum de furtis Menandri (Porphyr. ap. Euseb. pr. ev. X 3) refero. — Scripsit etiam Byzantius περὶ τῶν ὑποπτευομένων μὴ εἰρῆσθαι τοῖς παλαιοῖς et περὶ καινοτέρων λέξεων. Cf. Reitzenstein, Etymologika p. 378.

[65]) Machoni operam dedisse Aristophanem ex Athen. VI 241 F perperam Wolfius proleg. p. CCXX adn. 94 colligit, qui hunc aequalem grammatici una cum Sophocle, Euripide, Aristophane comico nominat. — De Aristophanis argumentis ad Hesiodum et Lycophronem vide

§ 8. Haec in universum de Aristophane hypothesiographo. Priusquam ad ὑποθέσεις ipsas examinandas accedamus, qua ratione traditae sint, paucis disserere necesse est, quod scenicorum fatis non recte perspectis de argumentis quoque iudicium haud raro aberrabit. Magis e re fore duxi, si pauca de hac quaestione darem, quae satis sunt[66]), quam si omni materia undique — quantum temporis angustiae et bibliothecarum penuriae permittebant — congesta legentium animos perturbarem.

Tribus modis ὑποθέσεις nobis traditae sunt: primum una cum fabulis, ad quas pertinent, deinde in collectionibus manuscriptis, quae variorum auctorum varia opuscula conquirunt, quorum exemplum praebet Hecubae argumenti initium, quod exstat in codice Vaticano gr. 1825[67]), tum in scholiis a posterioribus grammaticis conscriptis. Talia legimus schol. Plat. Symp. p. 179 B ἡ περὶ τῆς Ἀλκήστιδος ὑπόθεσις τοιαύτη τίς ἐστιν, sequuntur II. Hyp. Alc. p. 3 l. 14 — p. 4 l. 1 (μυθοποιία) Prinz-Wecklein[68]); schol. Ξ 325 cum Baccharum argu-

---

adn. 23. — Praeter Aristophanem Eupolidem Cratinumque edidisse grammaticum per se verisimile est. In Cratini interpretatione versatum esse Callistratum, Aristophanis discipulum, docet Athen. XII p. 495 A. Alexidem Aristophanes non edidit, Ath. VIII p. 336 E catalogum laudat.

[66]) Iohn Williams Whiteus diligentissime omnes Aristophanis codices excepto Pragensi, quem addidit Carolus Holzinger in Mélanges offerts à Chatelain (Paris 1910), et Argentoratensi, quem Ricardus Reitzenstein ediderat in Hermae volumine XXXV, enumeravit in novae ephemeridis, quae Classical Philology inscribitur, volumine primo (1906): The Manuscripts of Aristophanes I, cf. etiam Harvard Studies vol. XVIII. — Idem labor in tragicorum codicibus restat praestandus. Sophoclis codices enumeravit Campbellius, Soph. I (Oxonii 1881) p. XVII —XXII, addidit pauca Bεής, Revue de philologie XXXV (1911) p. 338 et p 338 adn. 2.

[67]) H. Schultz, Die handschriftliche Ueberlieferung der Hesiodscholien (Abh Gött. Ges. d. Wiss. phil. hist. Kl. N. F. XII, 4), Berlin 1910 p. 26—27.

[68]) Bellam historiam tibi narrabo. In Euripidis fabularum editione critica, quam Rudolfus Prinzius praeparaverat et edere coeperat, voluminis primi pars tertia continet Alcestidem, quae tertium edita est anno h. s. XII. Legimus in hac recentissima editione haec verba, quae apponimus, sicut scripta videmus: ‚argumentum prius et alterius initium illatum in scholiis in Platon. Sympos. p. 179 (p. 312 ed. Duebner) et descriptum ab Eudocia. consentiunt schol. Plat. et Eudocia cum B uno loco (l. 7) excepto'. Si prava feminini generis veneratione Eudocia laudata est, nolumus viri docti voluptati obstare, sed, qui imperatricem fovere putat, eum Palaeocoppam manibus tenere inscium monere oportet. Summum vero est intermissionis flagitium, quod de

mento[69]); schol. Stat. Theb. XII 510 cum Oedipodis Colonei argumento[70]); Gregor. Corinth. ad Hermog. II 449,8 Spengel = Walz VII 1312 cum Peirithoi argumento[71]) perperam Euripidi vindicati; Gregor. Corinth. ad Hermog. περὶ μεθόδου δεινότητος, ed. Rabe in mus. Rhen. vol. LXIII cum Euripidis Stheneboiae argumento[72]). Perperam Felicem Bruellium[73]) haud dubium esse coniecisse vit. Eur. v. 74—82 ex Aristophanis Thesmophoriazusarum argumento quodam esse deprompta docet Satyri vita Euripidis[74]), donum insperatum recentissimum, quod Aegyptus vernaculorum philologorum cella pennaria nobis misit.

Longe[75]) plurima atque gravissima argumenta una cum fabulis nobis tradita sunt. Exstant vero et in codicibus, qui scholia dant in marginibus scripta, et in libris, qui textum tantum continent; codices, qui scholia tantum tradunt, respicere opus non est, quod infima antiquitatis aetate hic mos invaluit.

---

consensione Platonis scholiastae cum Alcestidis argumento narratur. Martinum enim Schanzium Platonis scholia denuo summa diligentia (fortase eum primum hoc fecisse diceres) cum libris contulisse omnes sciunt: lectiones Bodleiani praebent Schanzii novae commentationes (1871) p. 121 sqq., Veneti liber Ueber den Plato-Codex ... (1877) p. 6 sqq.; schol. Symp. 179 deest in Clarciano (cf. Schanz p. 125), exstat in Marciano (cf. Schanz p. 15); eius lectiones debebat afferre vir doctus, qui tum cum Schanzio eiusdem oppidi civis erat. — Peccamus omnes neque hoc exagitarem, nisi summis laudibus efferri hanc mercennariam operam vidissem rursus atque iterum. — Argumentum Alcestidis in hoc scholio servatum esse primus animadvertit Mauricius Schmidt in Philologi vol. XVIII (1862) p. 230.

[69]) Ed. Dindorf. vol. IV (1877) p. 62—63. Cf. quae de hoc argumento disputaverunt Carolus Robertus in libro clarissimo, qui Bild und Lied inscribitur, p. 243, qui Eduardi Schwartzii animadversiones (de scholiis Homericis ad historiam fabularem pertinentibus commentatio p. 49) recte refutavit. Quam Ericus Betheus, praeceptor carissimus in quaestionibus Diodoreis mythographis (1887), de hoc scholio sententiam protulit, me non probare, quia omnia fere, quae de compendio illo fabulari disputat, minus verisimilia esse censeam, confiteor atque profiteor. —

[70]) Cf adn. 6; uberius de scholiastae verbis postea disserendum est, cf. § 14.

[71]) T. G. F.² p. 346—347, melius cum varia lectione Vaticani 105 et Escorial. V. S.² II 1 p. 617.

[72]) Postremus tractavit Guilelmus Sellner in dissertatione Ienensi 1910. Textus legitur p. 16, sed variam lectionem Wilamowitzii (Classical Philology III [1908] p. 225 sqq.) commemoravit non satis diligenter.

[73]) De fontibus vitae Euripidis. Diss. phil. Monaster. 1877 p. 27—28.

[74]) Pap. Oxyr. IX (1912) no. 1176 fr. 39 col. X (p. 153) cum adnotationibus p. 177.

[75]) Cf. in universum orationem Georgii Wissowae, Bestehen und Vergehen in der römischen Literatur, Halle a. S. 1908.

Librarios ὑποθέσεις item ac scholia non eadem cura reddidisse, qua verba poetae, mirum non est [76]).

§ 9. Septem Aeschyli fabulae nono post Christum saeculo legebantur [77]). Argumenta exstant ad quinque tragoedias has: Persas, Septem, Prometheum, Agamemnonem, Eumenides; perierunt ad Supplices, quod illa fabula postrema tradita neglegebatur [78]), et ad Choephoros, ubi una cum fabulae initio [79]) excidit in omnibus codicibus [80]). Etiam Supplicum argumentum iam nono saeculo amissum esse videtur, quod non in Laurentiano saeculi decimi scriba spatium ad argumentum addendum reliquit [81]). Argumenta in contextu scripta sunt excepta Hyp. Septem, quae antea omissa in ultima pagina addita est [82]). Nam in codice, quem transscribebat, argumentum invenisse scribam [83]) ex eo concludimus, quod iam in contextu dederat fol. 169 recto [84]):

ὑπόθεσις τῶν ἑπτὰ ἐπὶ θήβας.

---

[76]) Cf. Schneidewinum G. G. A. 1848 p. 809/810, Nauckium p. 255, Trendelenburgium p. 2.

[77]) Raro imperatorum temporibus Aeschylus legebatur; multi puta Clemens Alex. et Synesius omnino non legerunt, iam Seneca unum Agamemnonem legisse videtur, cf. Mewis de Senecae philosophi studio litterarum, diss. Regimont. 1908 p. 16—17; Phrynichus sophista unum excerpsit Prometheuum, vide de Borries p. XXVII. — De Byzantinis cf. infra adn. 193. — Hoc modo factum est, ut ex tribus tragoediae principibus, qui inde ab Aristophane (ran. 1413, 1518/19) una laudari solebant — exempla praebet Kroehnert, Canonesne . . . fuerunt, diss. Regimont. 1897 p. 24 adn. 4, quibus adde Dio Prus. LII p. 552 M., vit Soph. l. 91 Iahn-Michaelis³ —, postea Sophocles et Euripides eligebantur: Paus. I 21, 1, Mar. Vict. 50 K. (G. L. VI), Ps.-Eur. epist. 5, 5, Σ. Poll. I 1, Harp. v. θεωρικά. — Dicaearchum ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ (codd. ἤ, corr. Nauck, Ar. Byz. 254) Σοφοκλέους μύθων propterea scripsisse conicio, quod Αἰσχύλου μύθους iam Glaucus tractaverat; cf. adn. 285.

[78]) Deest in Florentino XXXI 8, Farnesiano, Venetis XCI 5, XCI 4, Monacensi; scholia antiqua exstant pauca (p. 149—165 Dindorf.), recentiora nulla. Tzetzes hanc fabulam non legit, Eustathius (ad α 347) non ex Aeschylo, sed ex Homeri commentario quodam hausisse videtur.

[79]) Exstitit primum folium in codice, quem adhibuit Eustathius (Ψ 142, B 11).

[80]) In Mediceo fol. 136 post Agamemnonis finem a recentiore quodam docto additum est: λείπει ἄχρι τέλους. (Cf. L' Eschilo Laurenziano. Facsimile pubblicato sotto gli auspici dell Ministero dell' istruzione pubblica, Firenze 1896, tabula 18); columna sequens orditur a verbis: τί χρῆμα λεύσσω; κτλ. In margine superiore idem doctus scripsit: Χοηφόροι.

[81]) Fol. 179 col. B. (= Tav. 61).

[82]) Fol. 169 col. B. (= Tav. 51).

[83]) De scriptura cf. Reitzensteinii librum Geschichte der griechischen Etymologika p. 7.

[84]) = Tav. 51.

§ 10. Sophoclis septem fabulae omnes argumentis instructae sunt, sed Trachiniarum hypothesi iam octavo saeculo amissa — nimirum quod haec tragoedia raro legebatur inde ab imperatorum temporibus — successit Apollodori, quem dicunt, bybliothecae excerptum[85]. Deest in Laurentiano clarissimo — quem Mediceum nominat in Aeschylo philologorum temeritas — Aiacis argumentum, quia haec fabula primum locum tenet in codice, qui ex ordine litterarum edit Sophoclis fabulas[86], exstat vero in ceteris libris manuscriptis, quos non totos pendere ex Laurentiano, quod olim putaverunt viri docti[87], iam illud argumentum satis docet. Electrae argumentum non in codice, quem alioquin adhibebat Laurentiani scriba, invenisse eum ex eo concludimus, quod nimis amplum spatium reliquit ad huius fabulae argumentum addendum[88]. Metrica argumenta exstant ad Oedipodem Tyrannum Coloneumque et Philoctetam[89]. Addita sunt in fine Oedipodis Tyranni[90] oraculum

---

85) Fol. 64 B.

Σοφοκλέους Τραχινίαι.
ἐκ τῆς ἀπολλοδώρου βιβλιοθήκης.
τραχινίαι. ὑπόθεσις.

(Cf. Facsimile of the Laurentian Manuscript of Sophocles with an introduction by E. M. Thompson and R. C. Jebb; London 1885.)

86) Ordinem tragoediarum in Laur. XXXII 9 et XXXI 10, Par. 2712 et 2884, Flor. abb. 2725 indicat Iahn-Michaelis³ p. 34. Ordinem litterarum optime servavit Par. 2712 et, quot continet, Par. 2884, in Laurentianis postrema fabula non Philocteta, sed Oed. Col. est. Oedipus Rex ante Antigonam propterea, ni fallor, laudatur, quod hic ordo erat triadis Byzantinae, aliam causam excogitavit C. Fr. Hermannus in Zeitschrift für das Gymnasialwesen VII (1853) p. 866/867. Ex ordine litterarum tragoediae Euripidis traditae sunt in altera codicum classe, cf. Wilamowitzii Her. I¹ p. 207, eodem modo Plauti comoediae (Mueller ad. Varr. l. l. p. 383) Naevius (Ritschl parerg. Plaut. p. 391), Ciceronis orationes (Niebuhr ad fragm. p. 66 sqq.), Theophrasti libri (Usener Kl. Schr. I p. 61). Lycophronis tragoediae (Suid.), Philoclis tragoediae (Suid.), scriptores rustici (Varro r. r. I 1 p. 8—9 Goetz) ex ordine litterarum enumerantur. Callimachi πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων apud Suidam laudatur. Quid, quaeso, sunt ἀπ' ἀρχῆς γενομένοι διδασκάλοι? Vereor ne scribendum sit κατὰ χρόνους γενομένων καὶ ἀπ' ἀρχῆς, nimirum ita ut primum in hoc catalogo, qui supplementum esse videtur operis maioris, ex ordine temporum, deinde ex ordine litterarum tragoediae, comoediae, dithyrambi enumerentur.

87) Cf. adn. 144 et 209.

88) Fol. 7 col. A. in initio paginae. Novem versus scripti sunt, sequuntur septem lineae, quae litteris carent. Cf. adn. 177, 195.

89) De fabularum Graecarum argumentis metricis nuper egit Guilelmus Michel in dissertatione inaugurali Gissensi anni 1908. De qua, cum ad philosophorum Gissensium ordinem retulisset Alfredus Koertius,

Laio datum et aenigma Sphingis et in Trachiniarum fine[91]) versus de Herculis laboribus, quos Quinto Smyrnaeo tribuerunt Tzetzes et eius pedisequi[92]). Pedestri sermone conscripta argumenta tria ad Oedipodem Coloneum, bina ad Oedipodem Tyrannum, Antigonam, Electram, singula ad Aiacem Philoctetamque exstant.

§ 11. Euripidis fabulae novem cum scholiis traditae sunt, ita ut septenae Aeschyli Sophoclisque; decem porro exstant fabulae, quae scholiis carent, inter has est Rhesus, quem Aristophanem genuinam Euripidis fabulam putasse ex hypothesi cognoscimus[93]). In universum non tam bona Euripideo-

iudicare pergit nimis benevolenter cum alibi locis compluribus tum nuper in Bursiani annalibus vol. 152 (1911). Michelius p. 6 disputationem incipit ab his verbis: „Argumenta metrica exstant ad decem fabulas Aristophaneas, ad Oedipoda Regem atque Philoctetam Sophoclis, ad Menandri nuper repertam fabulam, quae inscripta est Ἥρως.“ Simili modo p. 30 legimus: „Videte iam porro illa duo argumenta, quae sunt ficta ad tragoedias Sophoclis.“ Cf. etiam p. 49. — Itaque aut Gissae exstat tantum venitque Sophoclis editio Teubneriana, aut ibi quoque licet argumenta ad Electram et Oedipoda Coloneum metrica legere. Tertium non datur.

90) Fol. 49. Χρησμὸς ὁ δοθεὶς λαΐωι τῶν θηβαίωι, sequitur: τὸ αἴνιγμα τῆς σφιγγός: —

91) In fine fabulae fol. 79 verso. ἆθλοι Ἡρακλέους, in margine numeri addita sunt a A usque ad ΙΓ et brevissime aerumnae Herculis. Sequitur φιλοκτήτου ὑπόθεσις, postea ἄλλως. Perperam Ericus Betheus, praeceptor meus, quaest. Diod. mythogr. p. 71 adn. 84 ante Trachinias in Laurentiano illos versus legi pronuntiavit.

92) Iidem versus sine poetae nomine leguntur Anth. Plan. IV 92. Quinto Smyrnaeo perperam tribuit Tzetzes hist. II 488—490; cf. Harder, de I. Tz. historiarum fontibus (1886) p. 54. Quintus eandem rem tractaverat, nam in Eurypyli clipeo (VI 199—291) Herculis labores depicti sunt. Sed ἆθλοι Ἡρακλέους, quae pone Trachinias leguntur, nec a Quinto nec a Quinti aequale compositi sunt. In duodecim versibus caesuram masculam adhibitam videmus, in paenultimo, qui suspectus est, femineam; est carmen grave, cum Quintus saltantia formare hexametra soleat. Correptio attica bis (v. 7 κόπρον, v. 13 θυγάτρων) invenimus, quam posteriores evitabant. Itaque tertio saeculo hoc carmen compositum esse mihi videtur.

Ausonius his versibus aut similibus usus est in aerumnis Herculis componendis (ed. Schenkel p. 153—154). Cf. etiam Iacobs, animadv. II 3 p. 333.

93) Cf. Dindorfii adnotationem ad Rhesum p. 560. Aristophanes Byzantius de authentia librorum saepius erravit, puta in Minoe et Epistolis, quae genuina Platonis scripta in trilogias recepit (La. Di. III 62); recte vero idem grammaticus — atque primus, ni memoria me fefellit — Hesiodum scuti et hortationum Chironis auctorem esse negavit; cf. III. Hyp. Hes. Scut. ὑπώπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης [quae verba in codicibus sequuntur, delevi] ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν [sc. ἀσπίδα; Vat. IX 6 τὴν ὁπλοποιίαν ταύτην, quod perperam probavit Goettlingius p.

rum argumentorum memoria est, quam ceterorum tragicorum. Plurima exstabant argumenta earum fabularum, quae triada Byzantinam conformabant, nimirum Hecubae, Orestis, Phoenissarum. Sed Hecubae argumentum[94]) amissum esse videtur, quod haec fabula primum locum in libris tenebat: hodie certe exstant pauca enuntiata, quae vilem narrationem praebent. In Phoenissarum prolegomenis etiam oraculum Laio datum et aenigma Sphingis leguntur[95]), quae Sophoclis Oedipo tyranno antiquos editores addere solitos esse supra[96]) iam monui[97]).

Ceterae tres fabulae, quae in primae classis omnibus codicibus traditae sunt, Hippolytus, Medea, Andromacha, et, quae tantum in Vaticano 909 cum scholiis leguntur, Alcestis, Rhesus, Troades aut duobus (Medea, Alcestis[98]), Rhesus) argumentis aut uno instructae sunt. Omnes alterius classis fabulae unum argumentum prae se ferebant, amissum est in Supplicibus et Electra[99]), sed Aegyptus nobis nuper Electrae argumenti vestigia[100]), quae non cohaerent cum iis, quae in codicibus exstant[101]), reddidit. Baccharum duo argumenta tradita sunt;

LVIII[2]] 'Ησιόδου ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν 'Ομηρικὴν ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου, cf. Wolf proleg. p. CCXVIII; et Quintil. inst. I 1, 15 cum notis Schneidewini l. c. p. 26 et Bernhardyi II 1, 536 sq.; item Alexandriam a Lycophrone Chalcidiensi esse compositam iudicavit, cf. Tzetz. ad Lyc. v. 21, Wilamowitzium Antig. p. 139 adn. 9.

[94]) Cf. adn. 172. Eodem modo genuinum Aiacis argumentum periit, vide supra § 10. — Non probo Eduardum Schwartz, cum Scholia antiqua in Euripidem colligere studeret, hoc argumentum in editionem recepisse, quae ceteris in rebus optima est, quod tot codicibus usus est, non contentus uno, ut Wecklinius in Aeschylo, Papageorgiu, in Sophocle, Dindorfius in Homero, Rutherford in Aristophane, Iahnke in Statio, alii in aliis. — Cf. etiam Wilamowitzium DLZ. 1887 col. 1111.

[95]) Accedit in Parisino 2713 λύσις τοῦ αἰνίγματος.

[96]) § 10.

[97]) Praeterea exstat χρησμός Anth. Pal. XIV 67, αἴνιγμα Athenaei p. 456 E, qui auctorem nominat Asclepiadem Tragilensem, Anth. Pal. XIV 64, Σ. Phoen. 50, Tzetz. ad Lycophron. 7.

[98]) Perperam Eduardum Schwartzium (Scholia in Euripidem, II p. 214) ex duabus Alcestidis hypothesibus unam formavisse cum verbum ἄλλως, quod exstat Σ Plat. Symp. 179 B, tum indoles argumentorum probant.

[99]) Itaque liceat omissis poetarum nominibus fabulas laudare: Hyp. Suppl. significat Aeschyli Supplicum, Hyp. El. Sophoclis Electrae argumentum.

[100]) P. O. 420. scripta saec. p. C. tertio medio.

[101]) Blass in Archiv für Papyrusforschung III (1906) p. 277.

itaque hanc fabulam in primam classem referendam esse hypotheses quoque docent[102]).

§ 12. A tragicis ad Aristophanem, cuius animum ex Platonis dicto[103]) Gratiae sedem sibi creaverunt, nos convertimus. Undecim comoediae, quae aetatem tulerunt, argumentis et pedestribus et metricis instructae sunt exceptis Thesmophoriazusis. In huius fabulae initio, quae rarissime tantum lecta exstat in uno Ravennate[104]), legimus pauca verba, quibus grammaticus postremae aetatis argumentum, quod amissum erat, supplevit[105]). Ante ceteras comoedias[106]) argumenta metrica singula legimus, pedestria autem tanto plures, quanto crebrius in scholis tractabantur. Ita Acharnenses, Lysistrata, Ecclesiazusae, quae fabulae extra orbem numeri septenarii[107]) traditae sunt, singulis pedestribus argumentis sunt instructae;

---

[102]) Hoc monendum, quod nuper valde a viro docto quodam in commentatione Anglica lingua conscripta negatum est. Berolini illam commentationem legi, nunc repperire frustra quaesivi.

[103]) Olympiod. vit. Plat. 3 (p. 384 l. 68 Westerm.), altera vit. Plat. (p. 391 l. 103 Westermann), Thom. Mag. vit. Aristophanis (p. 160 l. 20 Westerm.) anonymi vit. Aristoph. (p. XIX Duebner.) [quem locum praetermisit Bergkius PLG. II⁴ p. 310 sub numero 29]. Utrum recte philosopho vindicatum sit, an inter adespota numerandum dubito. Cf. W. Süss, Aristophanes und die Nachwelt (1911) p. 18; Bernhardy, Grundriß der griechischen Litteratur ³II 2 (1872) p. 628. Platoni comico epigramma vindicavit Zimmermann (De Aristophanis et Platonis amicitia aut simultate, Marpurgi. s. a., fortasse 1834, p. 9 sqq.) nullo iure (cf. Giov. Setti, Della fama di Aristofano presso gli antichi in Rivista di filologia X (1882) p. 139).

[104]) Unus hic codex omnes Aristophanis fabulas continet cunctas. Imaginem phototypam, quam edidit I. van Leeuwen Ir. Lugduni Batavorum anno 1904 inspicere benigne mihi permisit Carolus Meisterus Berolinensis. Cum rarissime haec fabula a posteris lecta sit, bonum frugem scholia, ut fit, servarunt, cf. e. g. v. 21, 80, 423, 809, praeter locos, quos iam Wilamowitzius attulit: Her. I¹ p. 183 adn. 120; Ioh. Tzetzes hanc fabulam legit (Harder diss. Kiel 1886 p. 53).

[105]) p. 264 Duebner; vol. II p. 441 Rutherford. Cf. infra § 25, 27, 30.

[106]) Editiones adhibui Fr. Duebneri, Parisiis 1855, W. G. Rutherfordi Scholia Aristophanica . . . in the codex Ravennas, vol. I, II 1896, Velseni. Hall et Geldaert, quarum editione valde deceptus sum, silentio praeterire mihi proposui; nuper non secus iudicasse Wilamowitzium video: SB. Berl. Ak. 1911 p. 486 adn. 1.

Veneti imaginem, quam ediderunt I. W. White et Th. W. Allen anno 1902, semel tantum inspicere mihi licuit.

[107]) Symmachus has fabulas elegerat, eaedem leguntur in Veneto 474 ordine perturbato. Postea interdum etiam aliae fabulae legebantur, puta Ioh. Tzetzes Acharnenses et Lysistratam legit. Ranis tantum usus est Phrynichus (ed. de Borries p. XXVII).

plurima argumenta praecedunt triada Byzantinam[108]): Plutum tria, Nubes novem, Ranas tria, et Aves Pacemque terna. Equites editores duabus prosaicis hypothesibus ornant, codices atque ratio una[109]).

§ 13. Aristophanem Byzantium τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων composuisse Etymologicum nos docuit: Ex argumentis in libris manuscriptis fabulis praefixis, quae modo breviter contemplati sumus, summi philologi nomen prae se ferunt haec[110]):

I. Aeschyli Eumenidum[111]).
II. I. Oed. Tyranni[112]).
III. I. Antigonae: Laur., Paris. 2712 (ut videtur)[113]).
IV. II. Medeae: Paris. 2712, 2713, Flor. 31,10, [31,15[114]).
V. II. Baccharum: Pal. 287[115]).
VI. II. Orestis; Paris. 2713[116]).

---

108) Saeculorum XIII—XVI codices permulti continent Plutum et Nubes, quorum multi etiam Ranas, pauci Ranas, Equites, Aves, paulo plures Ranas et Equites complectuntur. Triadis Byzantinae optimum testimonium adhuc neglectum praebet III. Hyp. Ran. — Plutum, Nubes, Ranas commentario instruxit Ioh. Tzetzes, cf. Ritschl opusc. I 197 sqq., Harder diss. Kiel 1886 p. 53, Zuretti in Misc. Salinas (1907) p. 219.

109) Cf. infra § 73.

110) Aeschylum ex editione Vitelli-Weckleinii, Sophoclem ex Dindorfii (schol. 1852), Euripidem ex Prinz-Weckleinii, Aristophanem ex variorum, quorum nomina supra attuli (adn. 106), laudo.

111) In Laurentiano antecedunt haec verba: (fol. 159a) Αἰσχύλου Εὐμενίδες: ὑπόθεσις, sequuntur post spatium, quod nemo editor significavit, haec: ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ἡ ὑπόθεσις. Omiserunt omnes editores articulum ἡ, Blass (ed. 1907 p. 23) γραμματικοῦ, Blaydes (ed. 1900 p. 1) Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ. — Laurentiani XXXI 8 valde mancam exhibere variam lectionem Wecklinium Fridericus Blassius, vir oculatissimus, monuit.

112) Vide § 15.

113) Schol. ed. Dindorf (1852) p. 18 adn. ad l. 17.

114) Inscriptionem omittunt Pal. 287, Marc. 468, praebet Parisinus 2712 minio adscriptam, fortasse haustam ex Paris 2713. Cf. infra adn. 125. In Aristophane Paris. 2712 minio addidit personarum laterculum et correcturas, vide Zacheri Equites² (1897) p. IX.

115) Ambo argumenta omittit Laur. XXXII, 2.

116) Inscribitur ἄλλως in Marciano 471, Ὀρέστου ὑπόθεσις in Laur. 172, in quo codice hoc argumentum valde mutatum est; omittunt inscriptionem Vat. 909, Paris. 2712.

VII. III. Phoenissarum: Vat. 287, Marc. 468[117]).
VIII. II. Rhesi: Vat. 909[118]).
IX. II. Acharn.[119]).
X. III. Equit.: Venet. 474, Ald.[120]).
XI. II. Vesparum Rav.[121]).
XII. IV. Pacis[122]).
XIII. I. Avium: Urb. 141[123]).
XIV. IV. Avium: Rav.[124]).

---

[117]) Deest hoc argumentum, quod tertium esse volunt editores — cf. infra adn. 118 — in Marciano 471, Vaticano 909, Parisino 2713, primum tantum enuntiatum sine inscriptione exstat in Laur. 172. Duo igitur codices, qui totum argumentum praebent, etiam inscriptionem servaverunt. — Valde perturbat legentes Wecklinii adnotatio critica (ed. 1901 p. 6 l. 42): „42—50 praebet V.“ — Deest quoque in Rhedigerano Graeco 30, adhuc non examinato, quem in usum Murrayi mei Ienam transmissum modo contuli.

[118]) Unus hic codex summi philologi nomen servavit. In Harleiano 5743 legimus ὑπώθεσις [sic] ῥήσου; deest inscriptio in Hauniensi 417, Laurentiano XXXII 2, Vaticano 287.

Secundo itaque loco Aristophanis grammatici argumenta in Euripidis codicibus leguntur exceptis Phoenissis; sed primum et alterum argumentum, quae exhibent editores, cohaerere mihi videntur. Simile corpus argumentorum consarcinatum praebet Aiacis argumentum. Cf. infra adn. 285. Nec mirum, nam ut Phoenisae inter Euripidis, nimirum praeter Hecubam, (de qua cf. e. g. R. Ausfeld, Diss. phil. Gott. 1887 p. 28 adn. 3), cuius genuinum argumentum periit, ita Aiax inter Sophoclis fabulas plurimum legebatur. At vide adn. 188 de Euripidis Oreste, quem tirones primam fabulam legebant.

[119]) In Ravennate (vol. II p. 254 Rutherford) ὑπόθεσις ἑτέρα inscribitur.

[120]) Deest in Ravennate. Dubitare licet de Laurentiano 2779: ἀριστοφάνους ὑπόθεσις ἱππέων. Deest inscriptio in Florentino XXXI 15. Gravissimum testimonium praebet Aldina, quod Marcus Musurus pluribus codicibus usus est, ut ipse testatur in praefatione (iterata est in Beckii commentariorum vol. I p. LXXXIII, in Schmidtii Hesychio vol. V p. 58 sq., in Beriah Botfield, prefaces [1861] p. 219 sqq.). Cf. etiam Zacherum, Die Handschriften und Classen der Aristophanesscholien p. 557 sqq., eundem in Bursiani annalium vol. LXXI (1892) p. 30 sqq., nuper Guilelmum Suessium in libro eleganti, quo Aristophanis apud posteriores fata enarravit (1911) p. 21—22.

[121]) Ὑπόθεσις Σφηκῶν Ἀριστοφάνους Γραμματικοῦ in Rav. (vol. II p. 385 Rutherford).

[122]) Deest hoc argumentum in Ravennate. Inscriptionem praebet Aldina, de qua vide Zacheri praef. ad Equites p. XI.

[123]) Codex saeculi XIV. Inscriptionis notitiam debemus Ioanni Guielmo White, professori Harvardiensi. Hoc unum argumentum pedestre comicum in libris manuscriptis summi philologi nomen (ὑπόθεσις ὀρνίθων Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ) prae se fert.

[124]) vol. I p. 419 Rutherford.: Rav. fol. 52 verso. Ceterorum codicum lectiones adipisci nequivi.

XV. II. Ecclesiazusarum: Monac. 137 m. sec.[125]).
XVI. VI. Pluti: Venet. 474[126]).

§ 14. Accedunt[127]) duo testimonia, ex quibus **argumenta** Aristophanis nomine instructa **ad Oedipodem Coloneum** et ad Euripidis Troades exstitisse concludimus.

In Lactantii Neoplatonici in Statii Thebaidem XII 510 commentario scripta videmus haec[128]):

> Oedipus expulsus Creontis imperio confugit ἐπὶ κολωνόν, in quo locus erat Furiis consecratus. Sed misericordia Atheniensium illa sede est erutus hospitaliterque tractatus. Hanc tragoediam Aristophanes[129]) scripsit.

Quae verba variis temporibus vario modo interpretati sunt viri docti. Ioa. Meursius in bibliothecae Graecae volumine I[130]) hoc testimonio Aristophanem quendam tragicum commemorari putavit, ad quam interpretationem accessit priore saeculo Wellauerus[131]). Aliquanto audacius iam antea Fabricius[132]) pro „Aristophanes" scribendum esse „Sophocles" coniecerat. Alii Aristophanem comicum traegoediam Oedipum quandam scripsisse putaverunt[133]). Recte demum Ottone Iahnio monente ad Aristophanem grammaticum hoc testimonium relatum est, pessime autem simul detortum ad argumentum pe-

---

125) Minio additum; idem manus personarum notas addidit. Flor. XXXI 15 hoc argumentum inscripsit ἀριστοφάνους ἐκκλησιάζουσαι. Deest argumentum in Ravennate, Paris. 2712, Paris. 2715.

126) Inscribitur: ἄλλως περὶ κωμωδιας [sic] ἀριστοφάνους ὑπόθεσις πλούτου.

127) Dindorfii, non codicum auctoritate Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ nomine inscribuntur IV. Nub., II. Lys., II. Ran. . In Ravennate II. Ran. sic inscribitur Ἀριστοφάνονς ὑπόθεσις Βατράχων (vol. I p. 278 Rutherford).

128) p. 480 Iahnke. Cf. adn. 132. — Lactantius praenomen Placidus eodem modo et iure accepit, quo Propertius nomen Aurelius; cf. Haupt op. I 280 sqq. — Idem commentum G. L. V 576, 22.

129) Cod. Monac. 19482 superscripsit it. Ni fallor, latet in hoc compendio ΓΡ, signum usitatissimum vocis γραμματικός. Cf. § 15 adn. 143.

130) Gronov. Thes. Antiqu. Graec. X (Lugd. Bat. 1701) col. 1255.

131) Ersch-Gruber V (1820) p. 272.

132) Bibl. Graec. II cap. 9. — Recentissimum editorem eandem coniecturam — ut suam — proferre non mirabitur, qui illum librum versare coactus est. Probaverat quoque, quem nolo silentio opprimere, Augustus Meineke hist. crit. p. 266 c. adn. 47.

133) Cf. W. C. Kayseri historiam criticam tragicorum Graecorum (Gottingae 1845) p. 21, p. 21 adn. 1.

destre, quod hodie in libris manuscriptis Oedipodi Coloneo praefixum legimus, Aristophani Byzantio vindicandum[134]). Illud commentum postea Aristophanis argumentorum indole accuratius perspecta refutabimus[135]) atque simul, ni fallit opinio, cognoscemus scholiastam genuinum Aristophanis argumentum in patriam lingnam convertisse[136]). Vera haec sint an falsa, hoc sane scholiasta Statii docet exstitisse olim argumentum Oedipodis Colonei Aristophani assignatum.

Falsae interpretationes verborum Lactantii inde ortae sunt, quod viri docti verbum postremum non recte intellexerunt[137]). Nam scribere, quod Graecorum γράφειν est, interdum, quamvis raro, eodem sensu adlibetur, quo compositum describere frequentatur. Cuius generis loquendi exempla cum Cicero in epistula ad Atticum data (XII 49, 1) „agere mecum per cognationem, quae mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem [i. e. quem carmine celebrassem, descripsissem], per eloquentiam L. Crassi, avi sui“, tum Vitruvius, qui V 61 „quattuor scribantur trigona paribus lateribus et intervallis“ eodem sensu dicit, quo alibi — velut X 11, 4; plura invenies in Nohlii indice — adhibet verbum describere. Inprimis talia apud poetas[138]), quae verbis simplicibus pro compositis uti atque abuti solebant solentque, invenies, cf. e. g. notissima illa Horatii (c. I 6, 1) „scriberis Vario“, aut (epi. I 16, 2) „scribetur tibi forma loquaciter et situs agri“, aut (serm. II 1, 16) „attamen et iustum poteras et scribere fortem“, aut ex eodem carmine, cuius initium modo attuli (I 6, 13–14) „quis Martem tunica tectum adamantina digne scripserit“, aut Ennii annal. (213—214 Vahl.) „scripsere alii rem versibus“; sed graviora

---

[134]) Trendelenburg, de arte tragica p. 10 adn. 18.

[135]) Illius scholii historiam criticam sedulo tam accurate exhibui, quod optime ex ea cognoscimus, quomodo variis temporibus veterum testimonia intellecta sint.

[136]) Cf. infra adn. 350.

[137]) Idem cadit in Wilamowitzium (Her. I[1] p. 145 adn. 36): „Die letzte spur ist wol, daß in den Statiusscholien XII 510 der inhalt des Oid. Kol. dem Aristophanes zugeschrieben wird. denn in dieser gegend der litteratur ist eine vertauschung der dichternamen nicht wahrscheinlich.“ Quae falsa esse ex iis, quae in contextu disserimus, apparet.

[138]) Cf. etiam Hor. epi. I 3,7, a. p. 74, Ennius Hecuba 211 Vahl., Lucil. 587 Marx, Stat. Theb. XI 514.

testimonia nobis praebent scriptores pedestres, quorum non inutile erit ad Lactantii locum explicandum commemorare Cic. ad Quint. I 1, 23 „Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus", et Livii XXI 1, 1 „bellum . . . me scripturum".

Alterum testimonium praebet scholiorum ad Euripidis Troades inscriptio, quam ex codice Neapolitano Musei Borbonici 165 exaratam Cobetius edidit Geelii Phoenissarum supplementa [139]): Praefixa sunt scholiis in illo codice haec verba: Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ σχόλια εἰς τὸ δρᾶμα τῶν τοῦ Εὐριπίδου Τρῳάδων, recte iam dudum intellecta a viris doctis [140]) ex confusione duorum titulorum orta, nimirum Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ scilicet ὑπόθεσις τῶν Τρωάδων et σχόλια εἰς τὸ δρᾶμα τῶν τοῦ Εὐριπίδου Τρῳάδων.

§ 15. Ex inscriptionibus argumentorum, quae plerumque sive unius sive paucorum codicum fide nituntur, ne per se Aristophaneam originem probari censeamus, vetat, ut unum eligam exemplum, ad quod eligendum incitant animum alliciuntque illa commenta, quae hodie de talibus argumentis venditantur [141]), I. Hyp. Soph. Oed. Tyr. [142]).

[139]) Geel p. 301.

[140]) Trendelenburg p. 16 adn. 30, qui non debebat silentio praeterire Schneidewinum, qui ei viam monstraverat p. 10. Non Aristophanis Byzantii esse haec scholia probatur optime Σ. Troad. 221 et 228, qui ex Parmenisco hauriunt.

[141]) Cf. e. g. Wuest Berl. phil. Wochenschr. 1910 p. 483/484.

[142]) Scholia in Sophoclem II p. 11—12 Dindorf. — De textu recensendo Guilelmus Michel in dissertatione Gissensi, de qua, quid sentiam, supra adn. 89 iam indicare debebam, p. 32 pauca attulit, nimirum ea, quae omnes fere praebent editiones. Sed nec Arsenium (p. 402 Walz) eum inspexisse nec coniecturas, quae post prioris saeculi annum LII — quo anno Dindorfius scholia in Sophclem edidit — protulerunt viri docti, eum scire ex eo, quod supra de illa dissertatione portendi, miraberis.

De coniectura Bachovenis ab Echt (v. 13) iudicare non licet, cum tempus epigrammatis accuratius definiri nequeat; Weckleinii commenta (v. 2) postea refutabo; cf. § 15 et adn. 150.

Denique, quod Michel p. 32 adn. 1 verbum θνήσιμον omnino non exstare monuit, recte quidem fecit, sed vellem — si Aeschylum non legit — Stephani thesaurum notissimum inspexisset, qui ceteris in rebus parcissimum lexicorum cultorem se gessit (cf. E. Wuest l. c. p. 484, St. Witkowski Berl. phil. Wochenschr. 1911 p. 1080: Zur Entstehungszeit der metrischen Argumente grieschischer Dramen).

Aristophani Byzantio tributum esse hoc metricum argumentum ex inscriptionibus codicum apparet: Laur. XXXII 9 fol. 33 recto: ἀριστοφάνους γραμματικοῦ (solemni compendio γρ) [143]) ὑπόθεσις (υπθ) οἰδίποδος τυράννου; Paris. 2712 Ἀριστοφάνους ἐπίγραμμα εἰς τὸν τύραννον οἰδίπουν [144]).

Re vera hypothesis [145]) esse nequit Oedipodis tyranni, quod ille versificator utitur tempore praeterito item atque in metricis argumentis Oedipodis Colonei [146]) et ambobus Philoctetae [147]) factum est [148]), et quod, quae narrantur, non quadrant in Sophoclem.

Legimus statim ab initio verba haec:

λιπὼν Κόρινθον Οἰδίπους πατρὸς νόθος
πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος.

Apud Sophoclem vero ab uno tantum πλαστὸς nominatus est, ut Oedipus ipse ad Iocastam dicit (vv. 779—780):

ἀνὴρ γὰρ ἐν δείπνοις [149]) μ' ὑπερπλησθεὶς μέθῃ
καλεῖ παρ' οἴνῳ πλαστὸς ὡς εἴην πατρί.

---

143) Cf. adn. 129.

144) De Parisino 2712 a viris doctis prioris saeculi nimis neglecto cf. Drachmannum Nordisk Tidsskrift III 6 (1897/98) p. 108. Cf. etiam adn. 209. De inscriptione ἐπίγραμμα vide infra adn. 145.

145) Probo itaque Parisini inscriptionem. Miro errore R. C. Iebbius (ed. 3, 1893, p. 3): „The word ἐπίγραμμα, which could denote the „title" of a book, is not a correct substitute for ὑπόθεσις". Re vera ἐπίγραμμα fortasse postea verbo ὑπόθεσις, quia argumenta fabulis praefixa hoc verbo significabantur, suo loco demotum est; certe, quod legimus carmen, ἐπίγραμμα esse potest, haud ὑπόθεσις.

146) p. 17 Dind.; exstat quoque in Bergkii editione (Lips. 1858) p. 152.

147) Primum p. 28 Dind. (et Dindorf-Mekler [ed. VI maior, Lipsiae 1911] p. 317), alterum p. 114 Dindorf.

148) Comoediarum argumenta metrica II. Ach., III. Equ., IV. Nub., II. Vesp., IV. Pac., IV. Av., II. Lys., II. Ran., II. Eccl., II. Plut. omnes tempore praesenti praeteritoque utuntur. Electrae ὑπόθεσις Διὰ στίχων cod. Flor. Abbat. 2788 (ed. Dindorf p. 243) tempus praesens adhibet.

149) Nicolaus Wecklein in ed. Ed. Wunderi quinta (1880), quam curavit, haerere se fatetur in coniunctis verbis ἐν δείπνοις et παρ' οἴνῳ, „quorum alterutrum posuisse satis erat". Sed recte iam Schneidewinus observavit: „Durch die Häufung der Synonyma ἐν δείπνοις, παρ' οἴνῳ, ὑπερπλησθεὶς μέθῃ sucht Oidipus die Grundlosigkeit des unbesonnenen Wortes hervorzuheben", quae interpretatio iure profecta est a versu 778. Verba tradita cum haec ratio, tum usus defendit. Legimus enim verba synonyma simili modo coniuncta. — Trach. 689 ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ. Ita haec verba leguntur in codicibus. Dindorfii coniectura ἔνδοτον falsa est, nam ἔχρισα accusativo obiecti non eget, cf. e. g. Homeri τ 320. Simili modo Soph. El. 51, Oed. T. 106 nomen eius, qui mandatum dedit, suppletur, cf. Wilamowitzium in Mercurii

Cf. etiam paulo post in eadem ῥήσει (v. 784):

τῷ μεθέντι τὸν λόγον.

Quam discrepantiam, cum non fugisset virorum doctorum vigilantiam, coniectura tolli posse perperam arbitrati sunt[150]). Nam verba tradita per se sana sunt et eam discrepantiam non forte ortam esse demonstratur compendiis iis, quae fabularum mythologicarum vulgarem traditionem nobis referunt[151]); (quas utinam legeret, quicunque tragicis operam impendit):

Ps.-Hyginus fab. LXVII (p. 73 Schmidt) narrat:

⟨Postquam Oedipus Lai et Iocastes filius ad puberem aetatem pervenit, fortissimus praeter c[a]eteros erat, eique per invidiam obiiciebant aequales, eum subditum esse Polybo.⟩

Consentit Apollodorus, qui dicitur, III 50 (p. 121 Wagner):

τελειωθεὶς δὲ ὁ παῖς, καὶ διαφέρων τῶν ἡλίκων ῥώμῃ, διὰ φθόνον ὠνειδίζετο.

Nec, si fabulam respicis, ebrius ille potuit Oedipodi obicere, eum esse spurium, nec re vera in fabula hoc facit: Dicit enim Oedipodem esse πλαστὸν πατρί, i. e. patrem, quem dicebant, non esse verum parentem; nuntius Corinthius Polybum infantem δῶρον ποτ', ἴσθι, τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών (v. 1022) accepisse narrat. Ne hanc quoque discrepantiam — e. g. verbo

---

Berolinensis vol. XVIII p. 214 adn. 1. — Itaque Oed. T. 780 Heimsoethii coniectura παροινῶν, quam iam W. Ch. Iunghans, vindiciae Sophocleae, progr. Luneburg 1846 p. 9 dissuasit, priusquam H. eam perpetravit (sed ille monentem audire aut noluit aut nequivit) — necessaria non est, quin etiam falsa esse videtur, quod verbum παροινέω a tragicis usurpatum non est, cf. Hesych II 287 Schmidt.

Omnino, addamus, totam illam orationem (vv. 771—833), qua Oedipus omni vi et pondere in recordationem atrocissimi facinoris se reducit, refertam esse synonymis et plena orationis ubertate ad res oculis sensibusque subiciendam, cf. praeter 779—780 vv. 789—790, 807—809, alios. Numero plurali δείπνοις „ein festliches Gelag" significari frustra Schneidewin-Nauck contendunt, cf. Aesch. fr. 182,3; Eur. Alc. 749, Cycl. 31; Soph, El. 203.

150) Wunder-Wecklein (ed. V, 1880) nescit, an vitium in his verbis insit: „Magis accomodatum fuerit πρός του πολιτῶν vel πρός συμποτῶν του." Nec magis placet, quod postea idem vir doctus (Tragödien des Sophokles, vol. II. ed. II München 1886, p. 9) coniecit: πρὸς συμπιόντων λοιδορούμενος ξένος.

151) Diodorus IV 64, 2: ὁ δὲ Οἰδίπους μαθὼν παρά τινος τὴν καθ' ἑαυτὸν ὑπερβολήν, ut solet, Euripidem excerpsit: Phoen. 33. Cf. Goedel, diss. Halens. 1909 p. 2, qui laudabili industria talia poetarum apud mythographos vestigia collegit.

θετός[152]), quod sane norunt tragici — tollas, mythographorum vulgatam versionem hic quoque versificatorem sequi moneo. Nam reginam infantem, quam nesciente marito invenerat, suam stirpem mentitam esse nuntiant Euripidis Phoen. v. 31 cum scholiis, Ps.-Apollodorus III 49 (ἀνελοῦσα ὑποβάλλεται), Ps.-Hyginus fab. LXVII (p. 74, 6 Schmidt), patera fictilis Tanagraea, quam a Carolo Roberto editam[153]) recte interpretatus est Ericus Betheus in libro, quem Thebanische Heldenlieder inscripsit, p. 78.:

Sequuntur in epigrammate hi versus:
ἦλθεν πυθέσθαι Πυθικῶν θεσπισμάτων
ζητῶν ἑαυτὸν καὶ γένους φυτοσπόρον.
εὑρὼν δὲ τλήμων ἐν στεναῖς ἁμαξιτοῖς
ἄκων ἐπέφνη Λάϊον γεννήτορα.

Itaque, si quid video, Oedipus et Laius ad oraculum Delphicum proficiscentes forte pedem coniungunt in angustiis. Idem Iocasta refert in Phoenissarum prologo (vv. 33—38):

παῖς οὑμὸς ἢ γνοὺς ἤ τινος μάθων πάρα[154])
ἔστειχε τοὺς φύσαντας[155]) ἐκμαθεῖν[156]) θέλων
πρὸς δῶμα Φοίβου, Λάιός θ', οὑμὸς πόσις,
τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν
εἰ μηκέτ[157]) εἴη. καὶ ξυνάπτετον πόδα
ἐς ταὐτὸν ἄμφω[158]) Φωκίδος σχιστῆς ὁδοῦ.

Oedipodem omnino Delphos non venisse antiquior mythi

---

[152]) Aeschylus fr. 320 N.² ex Etym. Flor. p. 157. θετὸς υἱός· προσποιητός, παρ' Αἰσχύλῳ; perperam Larcherum Nauckio probante pro προσποιητός coniecisse εἰσποιητός Σ. Soph. Oed. Tyr. 780 docet. — De Eur. Iph. Aul. 251: τοῖσιν ἅρμασιν θετὸν recti nihil repperi; quae nuper Buschius (Eur. Iph. Aul. [1903] Textheft p. VII) coniecit, minime probanda sunt; quis enim pro φιλὸν scripserit θετόν?

[153]) 50. Winckelmannsprogramm p. 76.

[154]) v. 33 perperam delet Conradtius; legit hunc versum sane Diodorus IV 64, 2 (cf. adn. 151).

[155]) Perperam τεκόντας ex Strab. XVI p. 672 Valckenaerius arripit; cf. praecipue Eur. Med. [1059 et] 1241.

[156]) Wecklinius coniecit ἱστορεῖν, sed repetitio eorundem sive similium verborum v. 33 μαθών, v. 34 ἐκμαθεῖν, v. 36 μαθεῖν apud tragicum Graecum nullam offensionem praebet.

[157]) Quae Wecklinius adnotat, falsa sunt. Cf. Kuehner-Gehrt II 2, 217; οὐκέτι propter hiatum adhiberi nequit.

[158]) Musgravius coni. ἀμφί, quem recte refutavit Godofredus Hernannus; praecesserat scholiasta.

versio est, quae exstabat in Oedipodea et Thebaide[159]); Sophocles vero, ni fallor primus, Oedipodem ad oraculum Apollinis pervenisse finxit (vv. 787—790):

λάθρᾳ δὲ μητρὸς καὶ πατρὸς πορεύομαι
Πυθώδε, καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην
ἄτιμον ἐξέπεμψεν, ἄλλα δ' ἄθλια
καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προύφηνεν . . .,

vaticinio accepto in trivio Laium occidisse (vv. 798—799):

στείχων δ' ἱκνοῦμαι τούσδε τοὺς χώρους, ἐν οἷς
σὺ τὸν τύραννον τοῦτον ὄλλυσθαι λέγεις.

Itaque hanc quoque rem aliter Sophocles, aliter prolegomena narrant. Talia lusisse Aristophanem[160]) credere pergat, qui volet (neque deerunt, qui summum philologum laedere quam libris manuscriptis diffidere malint), nos vero illud epigramma non ex Sophoclis fabula, sed ex compendiis mythologicis haustum adnumerandum esse videmus carminibus, quae ex variis operibus

---

[159]) Cf. E. Bethei, Thebanische Heldenlieder p. 169, Robertum in Apophoreton p. 110.

[160]) Ἐμμέτρους ὑποθέσεις, quarum memoria recentissimis temporibus revixit, nuper Wagnerus (die metrischen Hypotheseis zu Aristophanes, Progr. Askan. Gymn. Berlin 1908) ex bona artis metricae observatione profectus eximia audacia Aristophani Byzantio vindicavit. Lubet meminisse Udalricum de Wilamowitz-Moellendorffium admodum iuvenem omnia metrica argumenta iniuria Aristophani Byzantio abiudicari adhibita I. Hyp. Antig. contendisse, Adolfo Kiesslingio, viro amicissimo probavisse (Analecta Catulliana, Ind. lect. Gryphiswald. aest. 1877 p. 8 adn. 10). Sed hodie praecipue eiusdem Wilamowitzii opera rectius de Alexandrinorum poesi iudicare licet.

Wagnerum aggressus est Guilelmus Michel, qui in dissertatione, cuius mentionem iam bis feci, p. 35 cum aliis rationibus, quae cuique se offerunt, tum propterea Wagnero oblocutus est, quod temporibus Alexandrinorum pueros in schola iam a primis temporibus comoediis occupatos esse non putat. Pueros comoedias in theatris actas vidisse docent Plato Gorg. 502 D, Aristoph. nubb. 537 sqq. (perperam Richterus cogitat servos esse intelligendos), pac. 50 sqq., Eupol. II p. 521 Meineke; cf. etiam Aristot. pol. VII p. 1336 b 20 et Luc. Anach. c. 22; cur non legerint in scholis? — Posteriores grammaticos Alexandrinorum vestigia secutos scholas instituisse inter omnes constat. Itaque pueros in scholis Alexandrinorum temporibus comoedias legisse probatur Dionysio Thrace (p. 6 Uhlig): ἵνα τὴν μὲν τραγῳδίαν ἡρωικῶς ἀναγνῶμεν, τὴν δὲ κωμῳδίαν βιωτικῶς.

In scholarum usum illa carmina composuisse Aristophanem non minus credere possum, quam Aristotelem διδασκαλίας et similia opera ad Alexandrum Magnum educandum conscripsisse (Buhle apud Ersch-Gruber V [1820] p. 282). Decet quoque hoc loco pronuntiare Atheniensium rem publicam zur Lektüre für den großen König conscriptam esse contendere Buedingerum, Universalhistorie im Altertum p. 43!

desumpta tragoediis addere solebant posteriores, qualia legimus IV. V. VI. Hyp. Oed. Tyr., II. Trachin., II. Philoct., II. Phoeniss. [161]). Aristophanes Byzantius talia nec composuit, nec, si composuisset, tam male illo munere functus esset, quippe qui ipse illos poetas summa, qua pollebat, arte doctrinaque edidit.

§ 16. Itaque posteriores grammaticos Aristophanis Byzantii nomine abusos esse constat. Nam Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ non summum philologum sed docto orbi ignotum quendam grammaticum significari [162]) levidensius est commentum quam quod refutem. Aut auctor incertus dolo illud nomen, ut sibi fidem pararet, praescripsit, aut posteriorum inscientia ad summum grammaticum referebat, quae ab illo alienissima sunt: certo hoc diiudicari nequit, puto simili confusione ad metricas ὑποθέσεις Aristophanis nomen delatum esse, quo Troadum scholiis praefixum esse id supra vidimus. Nec mirum est, si quidem recte haec conieci, in comici argumentis semper fere illam inscriptionem inveniri, quod eo tempore, quo poetarum scenicorum textus, quem nos legimus, constitutus atque confirmatus est, comoediae maiore studio tractabantur quam tragoediae [163]). Falsi sane sunt, qui ex comoediae argumentis, puta ὑπόθεσις βατράχων Ἀριστοφάνους, miro errore pro poeta grammaticum esse substitutum addito verbo γραμματικοῦ coniciunt [164]): nam grammatici nomen exstat etiam in I. Hyp. Oed. Tyr. nec posterioribus temporibus exemplo comoediarum argumentorum tragicae hypothesi ille titulus praefixus esse potest [165]), cum Sophocli nulla cum comico communitas sit, nec, si re vera hoc factum est, unum tantum Sophoclis argumentum grammatici nomen accepisse consentaneum est.

---

[161]) Similia serioris temporis lusus sunt vitae Pindari (vol. I p. 8—9 Drachmann.) et Herodoti (Steph. Byz. s. v. Θούριοι) metrica.

[162]) Rutherfordius convertere solet argumentorum inscriptiones hoc modo: Argument by Aristophanes a grammarian; cf. e. g. II 385, I 419.

[163]) Cf. quae modo exposuit Hauckius in programmate Friedlandensi de Synesio (1911), quod auctoris benevolentia accepi. Seneca Aristophanem non legit: dial. VII 27,2 ex Platone pendent.

[164]) Groebl, Die ältesten Hypotheseis zu Aristophanes, Progr. Dillingen 1890 p. 12.

[165]) Quod statuit perperam Guilelmus Michelius, diss. Gissens. 1908 p. 35.

Patre Thoma matre Minna e gente Achelis Bremae natus maturitatis quod dicunt testimonio instructus utrique linguae per lustrum Jenae, Lipsiae, Berolini incubui; quo peracto in bybliotheca academica Jenensi, cui praeest Carolus Georgius Brandis vir humanissimus, operarii subsidiarii munere fungor. Praeceptoribus summas refero gratias, inter quos non uno nomine mihi colendi sunt Rudolfus Hirzel Jenensis, Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff Berolinensis, Ricardus Heinze Lipsiensis: εἴη ὑμάς τε τοῦτον ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ τε τοσσάδε νικαφόροις ὁμιλεῖν πρόφαντον σοφίᾳ καθ' Ἕλλανας ἐόντα παντᾷ.
